

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Correctio cg
cum fonte primo

Occurrendum est
ne tractu temporis inpunita malicia conualescat,
et vires iniquitati dissimulatio
uel indulgentior gratia subministret,

sed clarius audita correctio doceat impericiam
et compescat audaciam.

Cassiodorus in quadam epistola.

Occurrendum est igitur,
ne tractu temporis inpunita malignitas conualescat,
et vires iniquitati dissimulatio vestra,
vel indulgentior gratia subministret.
Jam enim nomen apostolicum,
quod hactenus in terra illa reverentiae fuerat et terroris,
in causam scandali versum est,
et contemptus, nec appellansem provocatio liberat,
sed in se potius vehementiam iudicis exacerbat.
Sensit hoc iste, qui, propter appellationem reclusus
in carcerem ac miserabili tortus inedia,
nec apud tyrannum sine pecunia,
nec apud episcopum sine detrimento causae potuit liberari.
Et ego quidem pro causa ipsius obnoxius supplicare decreveram,
sed apud misericordiam vestram facile causam declarata perorabit afflictio,
et apud gratiam vestram intercessio nostra solito congaudebit effectu.
Verum privatae communis causa praeponderat,
quoniam de Ecclesiae Dei libertate tractatur,
nec jam spes restat ulla refugii,
si in irritum deducta fuerit apostolicae protectionis auctoritas.
Vindicate igitur, ne forte (quod absit!) procedat temeritas in exemplum,
sed clarius audita correctio imperitiam doceat
et compescat audaciam.

Arnulfus Lexouiensis, *Epistolae*, 12 (PL 201, col.27C-D).